

ſ. ſanguinis noſtre redemtionis· et aqua noſtre ablutionis· Unde aug⁹· Magnus in mundum venit medic⁹ quia magn⁹ vbiq3 iacebat egrotus· / lb Tercio et vltimo beatus lucas curatos preſeruabat per glorie promiſſionem· Sicut enim per pene commination̄em ab malis actibus retrahimur ita per gloie firmam promiſſionem in bonis operibus conſeruamur Quia ſicut dicit² ad hc· ij· Gloria et honor et pax erit omni operanti bonum Quomā ſ· medici ſuſcitabunt et confitebuntur tibi ſ· deo qui eſt medicus· autoritate autem glorie eternitatis eſt medicina contra miſeriam penalitatis· Sicut em̄ perfecta ſua uitas omnem excludit infirmitatem miſere· quia ſecundum boeciū in· de conſolati· Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus· Et de iſta medicina qua ſic deus ſaluabit nos in futura gloria/ poteſt exponi illud· Job· v· Dominus vulnerat et medetur in ſex tribulationib⁹ liberabit te /et in ſeptima non tanget te malū Domin⁹ emm vulneat in preſenti doloē infligendo/⁊ medetur in futuro· conſolationem infundendo· Quia ſecundum multitudinem dolorum in corde meo conſolatiōs tue letificauerunt animam meam· In ſex vero tribulationibus in quibus conſiſtit cōmunis miſeria preſentis vite liberabit te/ que ſunt fames et ſitis quo ad victum/ frigus et calor quo ad veſtitum /laſſitudo et infirmitas quo ad operationem et motum Sed in ſeptima tribulatione que eſt mors quando in futura beatitudine poſſidebitis omne bonum non tanget te malum· quia tunc deus liberabit ſanctos ſuos ab omni malo· Unde auguſtinus v· de ciuitate dei· capitulo vltimo· In illa inquit felicitate et vera gloria nullum erit malum/nullum latebit bonum vbi ipſe qui eſt finis deſiderioꝝ ſine fine videbitur /ſine faſtidio amabitur/ſine fatigatione laudabitur vbi erit iocunditas ſine doloꝛe /ſecuritas ſine timoꝛe /libertas ſine coactione /vbertas ſine defectione /formoſitas ammirabilis et eternitas interminabilis· Quo nos perducat

clxxvij· Sermo ſecundus ad clerum in ſynodo·

Alutat vos lucas medicus carissimus Verba iſta ſunt ſancti pauli apoſtoli in epla ad Colocē· iiij· Et licet apoſtolus ea verba ad litteram loqueretur de ſancto luca euangeliſta quia tñ a luce dict⁹ ē A / Et oīes ſacerdotes luce dpant² Luce· v· Vos eſtis lux mūdi luceat lux veſtra ⁊ cetera· Quia eciam hodie in cathedralibus ſeu maioꝛibus eccleſijs ſolet ſynodus ſacerdotum celebrari in quo ſermones ad clerum fieri conſueuerunt· Idcirco ſubpoſita commendatione ſancti luce in ſermone precedenti· Eadem quoq3 verba extendi poſſunt ad commendationem omnium ſacerdotum· Ad cui⁹ euidentiam eſt ſciendum· q⁹ dicit hugo de ſacramentis· libro primo· Tria ſunt que ab initio et ante aduentum chriſti et poſt ad ſalutem obtinendam neceſſaria fuerunt· ſ· fides ſacramenta et bona opera· que tria ita coherent vt ſalutis effectum habere n̄ poſſint ſi ſimul non fuerint /Et quia hec tria per ſacerdotes deriuantur in populo· dicente· Criſoſtomo tercio libro· de dignitate ſacerdotum· Per ipſos inquit ſacerdotes chriſtum induimus per fidei agnitionē quantum ad primum· Per ipſos dei filio ꝛ iungimur per ſacramentoꝝ communionem· quantum ad ſecundum· Per ipſos membra ipſius capitis efficimur per bonoꝝ operum conformationem· Idcirco ꝓpriū eſt ſacerdotibꝫ officij ſalutare· ij· ſalutē trāſfundere et optare· Unde de quolibet ſacerdote dirigendo ſermonem ad ſubditos appropriate poteſt dici verbum aſſumptū Salutat vos lucas medicus karissimus/ In quibus verbis duo principaliter innūtur· Primum eſt ſacerdotalis officij congrua appriata ſalutatio· Salutat vos· Secundum eſt ſalut antis poena diſpoſitio vel conditio· Lucas medicus B De primo breuiter eſt· Dathei quarto Vbi dominus docuit diſcipulos ſuos formam ſe habendi inter cetera dicens· In quamcūq3 domum intraueritis ſalutate eam· Quod figuratum eſt· ij· pauli· quindecimo· vbi legitur q⁹ ſacerdos azarias ſancto in ſe ſpiritu dei ſalutauit aza regem et populum dicens· Dominus vobiſcum· Eiſdem verbis boos ſalutauit meſſores ſuos· Ruth· ij· Ex quo ſumpta eſt ſalutatio ſolennis ſacerdotis per eccleſiam appropriata qua ſoli ipſi habent populū ſalutare· dicendo Domin⁹

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0362
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt